



**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani  
Ivrvvm Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii  
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum  
Patroni**

**Rebuffi, Pierre**

**Coloniae, 1610**

Bullæ dispensationis super defectu ætatis, & ad plura beneficia cum suis  
clausulis declaratio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

*Bulla dispensationis super defectu ætatis, & ad plura beneficia cum suis clausulis declarationis.*

**I**lius, &c. Dilecto filio Ioa-  
chimo Gelay de nobili genere pro-  
creato ex utroque parente, salutē.  
Superius in bulla nouæ prouisionis multa  
scripsi, quæ hic non repetentur: sed tan-  
tum ea quæ fuerunt ibi omiſſa nunc sup-  
plebuntur.

2 Nobilitas generis, ac vitæ &  
morum honestas, &c. Iſta Papam in-  
ducunt ad dispensandam cum aliquo: ne-  
pe licet gl. in *extrauag. Execrabilis. l. non. 22.*  
dicat nobilitatem generis comparari no-  
bilitati ſtercoris: tamen in plerisque vide-  
mus his nobilibus deferri, maxime circa  
dispensationes, vt in *ca. de multa, de præben.*

3 Et quâuis ille textus loquatur de sub-  
limibus, & sic de magnis nobilibus & ex-  
cellis personis: vt docet *Car. in d. ca. de multa,*  
& scripsi in §. 1. de nominat. Reg. tamen com-  
munis vsus intelligit paſſim de nobilibus,  
vt cum illis ad duo beneficia poſſit dispen-  
ſari: & hoc iure vtimur.

4 Siue nobilis ſit ex utroque parente. *ca. venerabilis, de præben.* ſiue ex patre tantum,  
cum nobilis dicatur. *l. partum. vbi gloſſ. C. de rei ven. §. 1. de inge. in inf.* Tamen nobilitas v-  
triusque magis inducit ad dispensandum,  
cum duplex funiculus fortior vno ſit. *cap. vno, de treug. auct.* Itaque *C. communi de ſuc- ceſſion.* Et multa conceduntur his priuile-  
gia, maxime quo ad tempus ſtudij: vt eſt in  
*§. cum vero, de coll. in concor. vbi ſcripsi:* vnde  
ſolet hodie Papa cum his nobilibus ad  
duo dispensare: vide quæ ſcribit Bonus de  
Curtili in *tract. ſuo nobilitat. & do. And. Tira- quel. in eo tract. vbi multa ſuper hac nobilitatis  
in materia more ſuo congeſſit.*

Ut te ſpecialibus fauoribus &  
gratiis proſequamur. Hæc clauſula  
eſt ſolita apponi in dispensationibus, &  
gratiſo fauore proſequi, quod eſt infra &  
non in beneficiorum impetrationibus: nã

gratiam impartitur Papa, & fauorem illi, proſequa-  
cum quo dispensare dignatur: vt dicitur *rex. mur. reſpe- in c. ſ. de ſchiſma. & Fel. in c. aſi clericis. §. ſi. col. cit. ad di- ante penul. de iudic.* Ideo dicitur eum fauore ſpenſatio-  
proſequi, potiùs quàm iure, vel benigno  
affectu proſequi. *in cap. venerabilis, de præb.*  
hinc eſt quod nos te volentes proſequi fa-  
uore gratiſo intuitu meritorum tuorum,  
Te inquam, qui (vt aſſeris) de nobili gene-  
re procreatus exiſtis, & in quintodecimo,  
ſeu circa, tuæ ætatis anno es conſtitutus.  
Sic debet hæc clauſula ordinari, & intelli-  
gi, cum verba aliàs cõfuſa videantur. [No-  
tandum eſt, quod quando Papa diſpenſat  
cum aliquo, vel in literis expectatiuis ſcri-  
bit, quod talis natus eſt de genere comitũ,  
vel regum, debet intelligi ex linea pater-  
na, non materna, quia ſtrictè debet intelli-  
gi in hæc dispensationis materia *c. 1. de filiis præſby. in 6. & dictio, de, ſignificat cauſam proximam, vt docet Bart. in l. 1. §. ex incendio. ff. de incendi. & Bal. in l. ex arrali. C. de actio. empt. Iacob. hoc expreſſe aſſeruit in l. 1. ff. de proba. ſed contrarium tenui in l. ſigni. ff. de verb. ſig. & reſpondi iuribus adductis in contra- rium.*

*De dispensatione ratione ætatis.*

**S**ciendum eſt circa minorem multipli-  
citer dispensari. Primò minor ante ſe-  
ptem annos tonſuram accipere non  
potest, & ſic nec beneficia habere. *cap. ſi. de temp. or. l. in an. in 6. c. cum adeo, de reſcript. & ſi opus eſt dispensatione: & in hoc valde laxandæ ſunt iuris habenæ: nam hoc eſt con- tra ius diuinum, & quodammodo contra ius naturale, vt qui loqui neſcit, alios doceat, & regat. *c. indecorum, de etate & quali- tate, & ſcribitur Eccleſ. 30. cap. Væ tibi terra, cuius Rex eſt puer. dicitur etiam diſpen- ſanti væ qui cum iſtis diſpenſas, & qui datus eſt in ruinam, & in deſtructione mul- torum. vide Paris. conſi. 97. ſatis, in 4. vol.**

2 Item minor ante decem annos eſt in-  
habilis, vt ſit canonicus in eccleſiis colle-  
giatis, & in cathedralibus, vel Metropoli-  
tanis ante quatuordecim annos: vt in *regu. cum mi- Cancel. 17. & doct. in ca. Super mordinata, per il- ligitentum, de præben. quamobrem his ca-*